

volantum, vbi grata mella fudit. Fugit, & nimis tenaci ferit ista corda morlu. Et prosa septima, Voluptatum appetentia plena est anxietatis, fatietas verò pœnitentia. Quantos illæ morbos, quam intolerabiles dolores, quasi quendam fructum nequitia fruentium solent referre corporibus, quorum motus, quid iucunditatis habens, nescio. Tristis verò esse voluptatum exitus, quisquis renouit libidinum suarum volent, intelligit. Reddunt denique fructem incautum, atque cæcum, & sic periculo proximum. Hinc psal. 57. Super cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis. voluptatis, & concupiscentia, & non viderunt solem, iustitia, deniq; præcipitat, dum inebriat, dum alligat in damnationis perpetua foueam, sicut Job 21. Ducunt in bonis dies suos &c. & Chryf. homil. 39. fructum in his nullum alium esse dicit, nisi interitum, perniciem, pœnamq; perpetuam.

Quod sit vinū bonū, & postea in ebriatis pessimū.

De hoc vino primo bono & inebriatis pessimo dicitur Apoc. 17. (quod terræ habitatoribus propinavit meretrix magna Babilon .i. mundus) Inebriati enim sunt reges terræ, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Et sequitur cap. 18. Flebunt, & plangēt super se illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & vixerunt in delitiis, & cætera multa.

Opposito modo se habet prandium nuptiale sponsi nostri, quo hic pascimur. Nam hic desponsationis nuptias agimus, non copulationis ait Bern. Ideò hic paratum paratur, ibi cœna referuatur. Desponsati sumus, quia ad fidem vocati. Sponsabo te mihi in fide. Osæ 2. Nondum ad amplexu admissi. Et quare differimur? quia ut dicit Hugo, nec polluta debet mundum tangere, nec turpem decet pulchrum videre. Hic pascimur & purgamur, Pascimur gratia, vt bonis operibus pinguescamus. Purgamur asperis, vt à contractis peccatorum seditibus mundemur. Idcirco in conuiuio ecclesie presentis primo ponatur sexhydrie lapideæ ad purificationem aptæ, quæ sunt vniuersa

opera pœnalia. s. ieiunia, vigilia, labor, disciplina, orationes, & elemosynæ, quæ quia dura sunt, & aspera, sed & perseveranter implenda, lapideæ videntur. Quibus aqua tribulationis aduersitatis, & angustia primò infunditur, quoniam tunc cum his vacamus grafsantur tentationes diaboli, persequitur mundus, quod iam se amisisse suspicatur. Si inquit, de mundo essetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Sequitur, Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Io. 15. Affligit durius concupiscentes ipsa caro, quæ suis oblectamentis se nunc orbari sentit. Defectus & fames concupiscentiam excitant.

Sed licet infipida sit hæc tribulationis aqua, tamen valde mundat, purgat lauat, renouat, quoniam etsi per hanc is, qui foris est homo noster, corrumpitur, tamen qui intus est de die in diem renouatur 2. Cor. 4. Sed nunquid super potanda est hæc tribulationis aqua? Absit. Initia illa sunt, veniet, qui omnem afflictionem conuertet in vinum dulcis simæ consolationis. Omnis quidem disciplina in presenti videtur esse non gaudii, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eâ reddet iustitiæ. Heb. 12. Abstergit enim Deus omnem lachry. ab ocul. sanctorū, atque iam non erit am. neque luc. neq; cla. sed nec vllus do. quoniam priora transie. Apoc. 12. Quodque in presenti momentaneum est, & leue. tribulationis supra modum, in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur. 2. Cor. 5. Ita vt omnino non sint condignæ paffiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Rom. octauo. Sed nec in presenti deserit tribulatos, sed prope est omnibus, qui tribulato sunt corde. Et quo foris intumescit aqua tribulationis eo intus in vinum conuertitur consolationis. 2. Corinth. 1.

Sicut abundans Christi passiones in nobis, ita & per Christum abundat cōsolatio nostra. Cauemus ergo charissimi his misceri nuptiis, vbi primò vinū bonū, postea verò, qd deterius est,

Aqua in vinū cōuersa qd fit.